

Mythologia, Venise, 1567 - III, 10 : De Eumenidibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[25\] : De Eumenidibus](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 10 : De Eumenidibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 11 : Des Eumenides](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 10 : Des Eumenides](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - III, 10 : De Eumenidibus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/823>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 67r°-70v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Euménides](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

aut alicuius libidinis explendæ causa, aut propter ambitionem, ille gravissimis animi cogitationibus ante extremum vitæ diem necessario discruciat-
 tur, suoque vel ipsius iudicio tam gravissimis suppliciis putatur dignus. Si
 cõtra leuissima sint peccata, quæ commiserit, tristatur quidem animus, quia
 Dei sui voluntatem offenderit, ac cum diuinæ clementiæ venit in mentem,
 statim illi spes veniæ suboritur. Qui verò pie sancteq; se vixisse inueniet p
 vniuersam vitæ suæ cursum, maior hunc lætitia capit, quàm vllò orationis
 genere explicari possit. Quid enim tam iucundum, quid tam optabile, aut tã
 gloriosum cuiquam esse potest, quod tam præclarum viaticum, ante summi
 Dei tribunal, quàm conscientia ab omnibus sceleribus libera? aut quæ di-
 uitix, quæ nobilitas, qui honores cum animi nullius turpitudinis sibi con-
 scili felicitate, vel etiam præclarorum facinorum memoris, comparari possit
 illi ingrotes, qui è conscientia multorum scelerum exurgunt, illi inquam sunt
 tartara, illi Phlegethontes, illi Styges, illi Acherontes. At lætitia quæ ex in-
 tegræ & innocentis memoria oritur, illi sunt campi Elysi, illæ beatorum
 insulæ, illa summa felicitas animarum, quam viris bonis antiqui sapientes
 proponebant. Hæc enim omnia futuram Dei vel vindictam, vel remunera-
 tionem prælagunt: hæc illa sunt omnia quæ sapientes antiqui de inferis ad
 coercendam ab omni turpitudine multitudinem excogitarunt. Illa graui-
 tas suppliciorum in sacris libris, quæ sceleratis proponuntur; aut præmio-
 rum magnitudo, quæ viris bonis; iam non amplius fabulosè, sed verè à sum-
 mi Dei filio Christo est proposita; atque eadem nulla vi humana est expli-
 cabilis. Dicuntur ab antiquis inferorum iudices fuisse totius filii; quod ani-
 ma nra, in qua sunt illæ prædictæ iudicandi facultates, diuina est, & ab ani-
 ma mundi, ut voluerunt antiqui, tanquam aliqua eius portio, in hæc cor-
 pora profecta. At enim quid est hæc anima mundi, nisi Deus omnipotens,
 qui omnia curat, omnia gubernat, omnia quæ veniunt in generationem di-
 spertit ac distribuit; fabulati sunt Aiaci pœibus hoies in formicas fuisse cõ-
 uersos, quid p hæc fabulã significarēt antiqui explicauit Theagenes in rebus
 quas scripsit Aeginetatum. lib. 3. quod Aeginetæ perrari erant aliquando in
 insula, quia frequentibus piratarum, aliarumque nationum incursionibus
 infestarentur; qui cum minimè scirent resistere, in spelunca tanquam for-
 micæ delitescabant. Aiacus autem naves ædificare illos docuit, populosq;
 ad rei militaris exercitationem euocauit, quare timore delecto, externiq;
 viribus paulatim resistere docti, è speluncis in apertum prodierunt; inde è
 formicis in homines dicuntur fuisse conuersi, ut scripsit Zexes historia 133.
 septimæ Chilliadis. At Strabo lib. 8. fabulæ locum datum fuisse inquit, quia
 formicarum more terram sodiētes ut agriculturæ locum haberent, ad petras
 transferrent: fossasq; incoherent, ne in ædificia sumptus facerent. Hoc ipso
 vñ sunt Græci deprecatores; quia virorum bonorum & iustorum & tempe-
 rantium preces possunt vel vniuersis ciuitatibus à Deo veniam & calamita-
 tum finem impetrare. atque de iudiciis inferorum satis dictum est; nunc
 de Eumenidibus dicatur.

De Eumenidibus.

Cap. X.

AT enim quia poterat nonnullos ea fallere opinio, quod possent descen-
 dentes ad inferos sua crimina occultare; cum & pauci homines multis
 peccatis

Mythologiæ.

peccatis testes adhibeantur, & si qui fuerint testes, illos non eodem tempore esse perituros, cum prius mortui iudicentur, quàm testes accesserint: necesse fuit persuadere multitudini imperitorum, quibus impressa iam erant in animo hi iudices, & tortores esse, & suppliciorum ministros his iudicibus assistere, qui mirificis modis, variisq; suppliciis reos confiteri quid turpe in vita egissent, cogerent. Additæ sunt igitur illæ quas variis de causis modo Furias, modo Erinnyas, modo Eumenides nominarunt: quæ Iouis cælestis & inferni mandata afficiendis meritis calamitatibus hominibus exquerentur, & quæ ministræ essent prædictorum iudicum in excutiendis cuiusque sceleribus. Dicitur sunt autem furia à furore, quo fontes homines ob conscientiam scelerum exagitantur. Erinnyes ab ἐριννυ, quod indignari ac magnopere commoueri significat: Severæ à quibusdā ob acerbicatem. Eumenides dicitur sunt ab Ὀρέλλε, quia Palladis consilio illas Argos profectus placasset à benevolentia & mansuetudine, cum prius ab indignatione Erinnyes dicerentur, ut scripsit Sophocles in Oedipode in Colono.

Ὅτι εἴποι καλῶς ἐν ἑαυτῷ ὁ ἀνθρώπος
 ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμεῖς ἀλλὰ τὸ θεῖον.

Ipsas vocamus Eumenidas, pectore
Quod supplicem seruauerint amabili.

20 Eumenidas fuisse Noctis filias, testatur Lycophron in Cassandra his ver-
 bis;

ὅτι τοιαῦτα παρὶς αἱ σταθεαὶ εἶρα
πρὸς ἀνταφάνειαν, ὅπως ὁ πᾶσι γένηται.

Fratres ubi patris puellæ filix
Noctis, parauerunt graues in mutuas Cedes.

Et Aeschylus in Eumenid.

សំណើ ១២០ ថ្ងៃ ជំនួស ការងារ តំណាង តំណាង :

Nos filix Noctis fumus grauiſſima.

30 Alii Noctis & Acherontis filias fuisse Eumenides crediderunt. At Orpheus in hymno, quem scripsit in Eumenides, illas Plutonis, siue Iouis terrestris & Proserpinæ filias dixit in his;

Διότι πρὸς ἑαυτὸν καὶ μετὰ πάντων ἡμῶν βούληται

Ἀὐτοὶ τὸν ἀντίρρουν ἐν ἑαυτοῖς ἀπὸ τοῦ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ Θεός.

φωτισμένοι οὐ δύναται οὐτοὶ ἀλλήλους εἰσάγειν.

Audite Eumenides me orantem mente benigna,

Terrestria lous, & casta, & dignissima proles

Inferna lunonia

40 Hefiodus in eo libro, quem scripsit de Origine Deorum, è terra & Saturni sanguine natas esse Erinnyes putavit, cum Iupiter patri pudenda abscidit, ac guttae sanguinis in terram cecidissent, ut est in his;

Ἰσχυρὸς ἔσθ' ἰμῶντος ἀπὸ λαοῦ ἀμυνόμενος,

ῥά τας δίδωται χάρις· προσλαμβάνει ἰσχυροτάτην

Γίνετ' ἄρα καὶ με κρηνηρὴ, με δ' ἄλυστα, ἴσμεται.

Tum quæ fluxerunt atro de sanguine guttæ.

Terra bibit cunctas, mox & labentibus annis

Edid Erinnyas huc tristes, magnosq; gigantes.

Epimenides poeta Cretensis scriptum reliquit illas Eunyones & Saturni filias fuisse, ut patet ex his versibus;

Каждый

Εὐνομίην δ' αὖτις ἔπειτα Σάτυρον ἀνέπευξε
 ἢ καὶ καλλιόπην ἐν ἑστύχρυσον ἀφ' ἰδίας,
 ποικίλ' ἀδάμαντος, καὶ ἱερῶν ἀδάμαντος.

Euonymen teneram Saturnus duxit, & illi
 Nascitur alma Venus primum, Parce inde decorq;
 Aeternaq; simul nascuntur Erinnyes atræ.

At Sophocles in Oedipode in Colono Terræ & tenebrarum filias illas esse scribit in his.

αἱ γὰρ ἱερὸν

10

καὶ τῶν ἁγίων καὶ τῶν κατὰ τοὺς αἵρας.

nam terribiles

Terræ & tenebrarum tenent natæ Deæ.

Has ait Hesiodus in libello de Diebus esse Rixæ filias, vindicesque peierantium, in quos iussu Plutonis animaduertunt, & die quinto Lunæ natas esse;

ἐν πρῶτῳ γὰρ ἡμέρῃ, ἑρηνίαν ἀμφιπλοῖον,
 ἑρῆν τιμωρίαν, πῆρ, ὅρῃ τὴν πρῶτην ἐκέρχον.

Inde die quinto Eumenides versantur, & errant
 Vitrices, quas Rixæ parit pœnam periuris.

Et Virgilius in primo Georg.

20

quintam fugæ, pallidus Orcus,

Eumenidesq; satæ.

Atque id quidem ex Pythagoricorum sententia, qui numerum illum in diebus lunaribus iustitiæ & æquitatis diem esse tradiderunt: Nam & exuperās adimit, & quod deficit, restituit æquitas, quorum utrunque est iudicis munus. Illud ipsum efficit dies quinta, quæ prima addit deicienti, cum altera quinea labentis & occidentis mensis adimat, quod est, exuperans. Dicebantur Eumenides pro capillis angues contortos habere in morem cinciannorum, ut innuit Hora. in secundo Carminum;

et intorti capillis

30

Eumenidum recreantur angues.

Sic & Catullus in Argonaut.

Quare facta virum mulcantes vindice pœna
 Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
 Frons expirantis præportat pectoris iras.

Et in primo Elegiarum Tibull.

Tisiphoneq; impexa seros pro crinibus angues
 Scuit; & huc illuc impia turba fugit.

Sophocles præterea in Electra sic Erinnyem æripedem nominavit; & Juvénis.

αἰρετομένη δὲ χεὶρ χαλκίαν ἱερῶν, Ingrauius
 Infidiis Erinnyes æripes latens.

40

Licet autem ex libro 7. Iliadis, cognoscere has Furias tanquam aves aeris-vagas à poetis fuisse vocatas, quia volantes ad iussa sceleratorum supplicia conuolarent;

Ἀλλὰ ζῶντες, καὶ πῆρ, καὶ ἀεροπύρρον ἱερῶν.

Iupiter, & Parce, quæq; æra transit Erinnyes.

Has in vestibulo inferorum habitare dixerunt poëtæ, de quibus ita Virgilius cecinit libro sexto;

Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus orci,

Luctus,

Mythologiæ.

Luctus, & vlttrices posuere cubilia curæ.
 Pallentesque habitant morbi, tristisq; senectus.
 Et metus, & maleuada fames, & turpis egestas.
 Terribiles visu formæ, lathumq; laborq;
 Tum confanguineus lathi sopor, & mala mentis
 Gaudia mortiferumq; aduerso in limine bellum,
 Ferreique Eumenidum thalami.

Qui idem tamen postea in duodecimo illas & ad solium Iouis assistere scribit, & eius nutum obseruare siquando mortalibus calamitates velit immittere;

10 Dicuntur geminæ pestes cognomine Dææ,
 Quas & tartaream Nox intempesta Megaram
 Vno eodemque tulit partu, paribusq; reuinxit
 Serpentum spiris, ventosasq; addidit alas.
 Hæ Iouis ad solium, fruiq; in limine Regis
 Apparent; ac uidentq; metum mortalibus ægris.

Harum nomina, & locum ubi habitabant apud inferos, atq; adeo officium declarauit Orpheus in hymno, quem scripsit in Eumen.

20 *Ἄλλ' οἱ θεοὶ παῖδες οὐκ ἐπὶ πόλει, οὐδ' ἐν ἄλλῳ τόπῳ
 κείσονται, ἀλλ' ὅπου, ὅπου τὰ μέγιστα κέχρηται.
 Νεκρῶν γὰρ, καὶ ζῶντων, ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν
 Ἄνερα δὲ καὶ γυναῖκες παρὰ τοῦτο ἵπτεται ἰδού,
 ἐν τῷ σέλας ἱσθμῶν, ὅπου τὰ μέγιστα κέχρηται.*
 Horrisonæ hæc audite Dææ veneranda propago.
 Tisiphone, & simul Allecto, & diuina Megæra.
 Nocturnæ, arcana, vmbroso quæ habitatis in antro
 Sacratas fluminis Stygii nigrantis ad vndas.
 Consilia ad non recta virumque volatis acerbæ.

Ac deinde;

30 *Ἄλλ' αἵς θνητῶν παῖδες οὐκ ἐπὶ πόλει, οὐδ' ἐν ἄλλῳ τόπῳ
 κείσονται, ἀλλ' ὅπου, ὅπου τὰ μέγιστα κέχρηται.*
 Iustitiæ quæ oculos gentes torquetis ad omnes.
 Iustitiæ asseclæ semper, rectique ministræ.

Cum grauissimæ scelerum vlttrices haberentur Eumenides, magna fuit earum reuerentia apud omnes gentes; atque ita vt illatum nomina nemo propè auderet proferre, quare hæc inquit Electra apud Euripidem in. Oreste;

*Ἰσχυροὶ γὰρ αἱ θεῶν τῶν
 Ἰσχυροὶ, καὶ τίς τὸν ἱερὸν ἄνθρωπον φησὶ.*
 nominare haud audeo

Eumenides, quæ istum pauore territant.

40 Orestes idcirco cum suas calamitates quas passus fuerat ob matris eedem, Iphigeniæ in Tauris enarraret, ubi in mentionem Eumenidum incidisset, illas *θεῶν παῖδες* appellauit; hoc est Deas, quas nominare non liceret, quia propter severitatem nemo illas nominare auderet, ita enim scribit Euripides in illa tragædia;

*ὦ πότ' ἐπὶ πόδα
 εἰς τὰς αἰχλῶν δαί' ὑπὸ τοῦτο δάσκει
 Διὸς ἀποργῆς καὶ ἀντιόχου τῆς.* hinc me pedem
 Apollo ferre iussit Atticum in solum.

Anonymis

Anonymis iusta & Deabus soluere.

Tantus verò fuit earum timor, vt cum Cæcus Oedipus in Atticam ductus fuisset, Dearumque Erinnyum nemus intrasset, nescius cui Deorū dicatū esset, aut quæ foret eius loci religio, magnus Atticorum colonorum concursus fuerit ad ipsum Oedipū, qui mirabantur illum eò ausum esse ingredi, cū ipsi neque aspicere quidem lucum prætereuntes auderent, vt est in Oedipode Colono apud Sophoclem;

Πλαίτας τις ἐπεὶ οὐκ ἔτι
δ' ὀχλὸν ἀπὸ τοῦ οὐνοῦ
καὶ τοῦ αἵματος αἵματος
τῶν δ' ἀνακταμένων καὶ
ἐπὶ τῶν αἵματος.

10

Erro nam quispiam senex, at non
Indigena; non adiisset is vnquam
Lucum glabrum Erinnyum grauium,
Quas tremimus vel dicere.

Nec intuentes transimus.

Neque id sanè iniuria, cum tantopere essent graues ac implacide, vt siquis spectandi causa vel epde vel aliquo incesti aut impietatis genere pollutus in Hemenidum tēplum illud intrasset, quod illis Orestes in Gerynea Achaiz oppido dicarat, continuo fieret mente captus, dirisque terroribus exagigaretur, vt ait Pausanias in Achaicis. Illas arbitrati sunt antiqui vestibis atris fuisse indutas, vt ait Isacius, ac nigras vestes, Erinnyum velles appellarunt, quas ἱερὸν ὄρεον vocauit Lycophron. Colebantur eximia religione Erinnyes in Telphusia ciuitate Arcadiæ, vt ait Isacius, quibus ouis nigra pręgnas mactabatur, totaque comburebatur in Carmia Peloponnesi, vt ait Sophoclis enarrator. fiebant vero illa sacra tacite, & quietis tempore, neque quisquam ē nobilibus his sacrificiis interesse iure religionis poterat, vt scriptum reliquit Polemo. Tum illi sacerdotes, qui hæc sacrificia faciebant, Hefychidæ nominabantur. Hinc & aries sacer Hero taciturno ante solennia immolabatur, quem boni ominis gratia appellabant, cuius sacellum fuit apud Cydonios extra nouem portas. Quod vero in illis sacrificiis meliceris etiam vteretur, testatur Callimachus in his carminibus;

20

Νεφέλαι καὶ τὸν αἵματι μὲν ἔστι
ἀπὸ τοῦ αἵματος ἡσυχίας.

Mellitos succos semper ieiuna sacerdos

Vtere perpetuis assolet Hefychidis.

Magnus erat omnino labor has inuocare, magnaque opus erat veneficis mulieribus sacrificiorum multitudine, quæ illas ad se allicerent, (nam & hæ plurimum conferre ad veneficam facultatem putabantur) quod patet ex iis carminibus Orphei in Argonauticis, vbi Medea sacrificat pro Iasonis incolumitate, veneficiisque conatur draconem sopire. Non enim illa sacrificia quæuis ligna admittebant, ex quibus ignis fieret, sed cedrum tantum, & alnum, & Iuniperum, & thamnum: ē quibus pyra fiebat ante foueam quandā triplici ordine excavatam, tum victimarum illis sacrificiis conuenientium sanguis in foueam effundebatur; ac corporum membra super pyra vtebantur cum quibus multæ res, multaque herbarum genera miscebantur cū precibus.

40

S

cibus.

Mythologia.

cibus, quorum magna pars continetur in his versibus;

Σύμπλεγμα παρμύλας παυδάνας Τρωάδος ἱερύνας .
 Αἶματι δ' αὖ καλὰ καὶ ἰδὲ Τρωάδος ἱερύνας .
 καὶ καὶ τὸν ἑλπίδα, ἰσότην φέλλας ἀνδρῶν .
 Ἀγχοῦρας ἱερύνας, ἰδὲ χαλκίμους, αὐτὰρ ἱερύνας
 Νόδας ἱερύνας παυδάνας φέλλας ἰσότην .
 ὁδῶν, ἰδὲ αὐτὰρ χαλκίμους χαλκίμους παρμύλας .
 ἱερύνας ἱερύνας φέλλας, καὶ αὐτὰρ ἱερύνας
 καὶ καὶ ἱερύνας, αὐτὰρ ἱερύνας ἱερύνας .
 ἱερύνας καὶ καὶ αὐτὰρ ἱερύνας ἱερύνας .
 Τρωάδος ἱερύνας, αὐτὰρ ἱερύνας ἱερύνας .
 Αἶματι πινύνας φέλλας ἱερύνας ἱερύνας .

10

Maestui catulos tres toto corpore nigro .
 Purpura tum mista & lanaria sanguini eorum.
 Scissi lis & cneus, pulicaria tristis, & vna
 Additur his anchusa rubens, & chalcimus, inde
 Oppletos ventres catulorum in vasa repono .
 Funditur ad foueas lymphæ, arque omenta, cauatas .
 Induor & nigras vestes, odiosaque pulsans
 Aera vocans oro, quæ me audiuerè repente.
 Rumpentes tetrici feralia monstra baratri
 Accensasque tulere faces, crudeleque lumen,
 Tisiphone, & simul Allecto, & diuina Megæra .

20

Existimabatur vinum illis omnino nō placere in sacrificiis, quare Oedipus, vt diximus, cum in illarum lucū accessisset, iubetur ab accolis eius loci aquā ē perenni fonte asferre, deinde pocula quædam in hunc vsum parata coronare & labra & ansas lana iuuenis agnæ, vt scribit & Theocritus in Pharmaceutria. Deinde cum steterit ad orientem Solem inferias effundere mulsū, neque vinū vilo pacto asferre: sed post effusas inferias iubetur nouem ramos olex ambabus manibus ter ad terram cum precibus desistere & deicere. Fiebant coronæ ē narcisso, quibus coronabātur his deabus sacrificantes, quæ planta illis erat dicata: siue quia apud sepulchra plerunque nasceretur, siue quia illæ corporis ac timoris essent. Deæ, quod conuenit cum Narcissi nomine. Hanc fuisse plantam vna cum croco coronis Eumenidum dicatam, testatur Sophocles ita in Oedipode colono;

30

ὁ καλλίστῳ κατ' ἄρας αὖ
 Νάρκισσῳ, μεγάλῳ δὲ
 Ἀρχαῖῳ Ὀφειῖνι, ὃς
 χρυσῶν κρέας .

40

O pulchris racemis in dies semper
 Narcisse magnarum Dearum
 Antiqua corona, simul &
 Aureus crocus .

Scriptum reliquit Pausanias in Arcadicis Cererem aliquando fuisse nominatam Erinnyem, quia Neptunus, cum illius filiam quærentis amore captus esset, illam conatus est vitare: sed cū in equam se Ceres vertisset, & ad Oncium inter armenta pascere a Neptuno cognita nihilominus compressa est, cum is equi formam cepisset. Id cum illa grauissime tulisset, quia furere

Arcades

Arcades erinnire dicunt, dicta fuit eo nomine. Apud eosdem erecta fuit Erinnyis statua, quæ manu sinistra cistam, dextera facem præferebat. Plutarchus in libello quem scripsit de sera numinis vindicta, unâ tantum Erinnyem esse putavit, quæ Adrastæ Iouis ac Necessitatis esset filia vindex & scelerum ministra: & quæ omnes animas huc illuc cursitantes & tergiversantes comprehenderet, ad supplicium raperet, & in æternas, inauditas, profundissimasque tenebras demergeret. Nunc quid hæc significant perquiramus. Nullus stimulus vel acrior vel vehementior conscientia homines ad confitendū impellere potest, quæ vel sine testibus seipsum proditi: quare illa est diligentissima iudicum inferorum ministra. Hi timores, qui traditi sunt in fabulis, flagitiosis hominibus assidue ante oculos obversantur. Nam, ut ait Cicero in oratione pro Roscio Amerino, nolite putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos, qui aliquid impiè scelerateque commiserint, agitari, & perterriti Furiarum cædis ardentibus, sua quæque fraus, & suus terror maxime vexari: suum quæque scelus agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiaque animi terrent. Hæ sunt impiis assidua, domesticæque Furig, quæ noctes diesque pœnas præteritorum peccatorum à consceleratissimis hominibus repetunt. Atque Orestes nihil aliud esse, quàm conscientiam commemoravit apud Euripidem in sua tragædia, quæ ipsum pro Furis assidue corqueret & exagitaret, ut patet ex his.

10

20

Τὴν γὰρ πόρνην τὴν ἀπὸ τῆς ἀφροδισίας
ἐκείνης, ἣν τὸν ὄψον αὐτῆς ἀφροδισίας.

Menel. Quis conficit morbus? quid est tibi malum?
Orest. Quod multa feci turpia hinc conscientia.

Quid enim aliud sunt istæ Furæ, quàm affectuum vindices, vel potius affectus commissorum scelerum causa? omnia enim flagitia, quorum nobis sumus conscii, vel per invidiam, vel per odium, vel propter spem alicuius commodi committuntur. Idcirco *εὐχὴ* ultio, quæ cædes est, quod scelus per iram aut odium nascitur, quod vleiscitur Tisiphone. *μετὰ* vero invidere significat, quæ Megara per invidiam commissa peccata punit. At *ἄλγος* nunquàm cessantem significat, quæ titillatio est voluptatum: per quas in peccantes Allecto animaduertit. Hæ dicuntur Noctis filie, propter inscitiam mortaliū, & ignoracionem rerum futurarum. Quis est enim omnium mortaliū, qui non turpe putet, si rem diligentius perpenderit, se illa propter brevissimas voluptates committere, quæ mox æterna supplicia consequentur? aut quis non intelligat indecorum esse hominī tanquam belloam huc illuc his impuris voluptatibus agitari? ex ignoracione sui igitur nascuntur hi affectus, qui ubi in aliqua scelera homines impulerint, discruciatum animus, quorum recordatio sit quasi crudelissimi & infestissimi in animo tortores. Alii Iouis terrestris & Proserpinæ filias illas esse tradiderunt, & id quidem iure optimo: nam cum Pluto præsit diuitiis, Proserpinaque sit vis frugum, ut patebit, quibus à Diis apertius oriuntur furæ, quàm à diuitiis, aut vnde apertius originem capient? quippe cum omnia scelera, omnesque voluptates à diuitiarum copia, tanquam ex vbetrimo fonte manent. Quæ tamen si ad bonum & temperatē visum affluerint, illum minime à suo instituto possunt deturbare: quare videtur mihi Deus sapientissimus facultates tanquam viaticum ad probitatem optimis eorum moderatoribus, aut tanquam duces ad æterna supplicia impuris latronibus concessisse. Necesse est igitur aut exi-

30

40

S a mic

Mythologiæ.

- miè bonum & Dei amicum esse virum opulentum aut egregiè sceleratum, & Diis hominibusque inuisum illum, qui multa possideat: quoniam nulla diuitiarum præstantia vel bonitatis vel malitiæ patitur mediocritatem. Idem sensisse mihi videntur, qui è turpibus partibus Saturni & ex terra natas esse Erinnyes putarunt. Quid enim Saturnus est, nisi tempus? aut quid pudendæ partes, nisi turpitudines quæ in ipso tempore committuntur? terra omnium diuitiarum parens est, ex quibus nascuntur. Sûnt igitur illæ animi sollicitudines, quæ ob diuitiarum facultatem exurgunt per temporis opportunitatem. Qui Saturni & Erynnyes filias putarunt, nil diuersum ab his sentiebant. Hæc, & quæ dictæ sunt superius rationes, in idem recidunt: nam qui Saturni, qui Noctis, qui Terræ, qui Tenebrarum filias esse Erinnyes arbitrati sunt, solo inter se nomine differebant, re ipsa idem putarunt. Quidam Erinnyas dictas crediderunt, quia imprecationes exaudirent: nam *aiwv* imprecationes significari inquit, *aiwv* vero perficere & exaudire. Alii quia in terra habitent, cum *gæ* sit terra, *aiwv* habitare est. Dicuntur natæ Erinnyes die quinto Lunæ, ea ratione quæ dicta est superius. Acripedes dictæ sunt, quia cum Dei sint ministræ, scelerumque vltices tardè ad impiorum supplicia mitterentur, non enim Deus repente in Sceleratos animaduertit, sed pro tarditate temporis, grauitatem peccatorum compensat. Aeriugæ dictæ sunt, quia citissime ad impiorum penas conuolarent ubi Deus aliquos vel publicè vel priuatim punire statuisset. Ego tamen aeriugas ea de causa fingi crediderim, quia ubi vel pestis, vel fames homines inuadit, vel bellorum motus excitantur in animis mortalium, id ex aere quodammodo affecto ita Deo iubente proveniat. Nam hæc tria morborum genera ita sunt inter se connexa, vt ex iisdem parentibus & eodem partu nata sint, quod ita expressit Virg. lib. xii.
- 10

Hæc Iouis ad solium, sæuique in limine Regis
Apparent; ac uidentque metum mortalibus ægris:
Si quando læthum horrificum, morbosve Deum Rex
Molitur, meritas aut bello territat vibæ.

- 30
- Dicebantur habitare in vestibulo inferorum, quia solliciti sunt præcipuè animi morientium, grauiusque torquentur recordatione præteritorum scelerum; quod etiam senserunt ii, qui dixerunt illas ad vndam Stygis in antro quodam habitare. Hoc antrum quid est aliud, nisi obscurissimus cordis & conscientie recessus, in quo latent hæc cogitationes, & animorum sollicitudines? Quod per hæc significare voluerunt antiqui soli viro bono omnia esse ruita, solamque integritatem & innocentiam homines intrepidos & tranquillos ad omnem fortunæ commutationem perducere, iam explicauimus superius, ac de furiis satis, nunc dicendum est de carcere impiorum.

40

De Tartaro.

Cap. XI.

Vbi sceleratorum animæ multis grauissimisque vitiis contaminatæ per tormenta fuerint cognitæ à iudicibus; quod inter voluptates per exteriorum hominum iniurias vixerint, quod patriam prodiderint, quod multos ob diuitias sefellerint, quod propter auaritiam vel amicos, vel viros bonos, vel parentes, vel benemeritos deseruerint, quod Deorum immortalium religionem ob pecuniam, cultumue neglexerint, illæ Furiis prædictis traduntur